

NUEVOS DOCUMENTOS LULIANOS DE LOS SIGLOS XIII Y XIV

He aquí dos documentos del Archivo General de la Corona de Aragón –tomados de los registros del rey don Jaime II– que ofrecen interesantes referencias al Colegio Luliano de Miramar y a varios discípulos del Beato Ramón Llull.

1. — EL REY JAIME II DE ARAGÓN ORDENA EL REGRESO A MIRAMAR A FRAY BERNARDO FOLCH, O. F. M. (Valencia, 5 enero 1292).

Universis officialibus et aliis fidelibus et subditis suis etc.: Cum nobis placeat et velimus quod frater Bernardus Fulchonis, gardianus monasterii de Miramar, ordinis minorum, siti in regno Valencie (!) et frater Simon de Corna, socius eius, redeant ad monasterium de Miramar antedictum et ibi salve et secure morentur, mandamus et dicimus vobis quatenus, non obstante constitucione seu stabilimento facto in civitate Maioricarum per homines ipsius civitatis, videlicet quod aliquis dominus seu patronus navis, lembi seu barche non auderet defferre seu portare in navi, lembo seu barcha sua aliquem religiosum seu clericum, predictos fratres minores ad dictum monasterium redire et ibidem morari sine molestia permittatis dum in litteris, verbo et opere nil tractent, ordinent vel procurent terre seu dominacioni nostre contrarium vel dampnosum. Datum Valencie nonis januarii (1291).

(A. G. C. A. 90, fol. 235 v.º).

Este documento nos recuerda el nombre de dos comunitarios del Colegio Luliano de Miramar y discípulos, por tanto, del Maestro Ramón Llull. Sobre la fundación de Miramar véase nuestro trabajo en *Estudis Franciscans* (Barcelona, t. 29, 1922, 124-125).

2. — GUILLERMO DE VILANOVA, OBISPO DE MALLORCA, TRASMITE CIERTA COMISIÓN Y RUEGO DEL GUARDIÁN DE FRAILES MENORES DE TÚNEZ AL REY JAIME II DE ARAGÓN (Mallorca, 26 marzo 1313).

Excellentissimo atque magnificentissimo principi domino Domino Jacobo, Dei gracia regi Aragonum, Valencie, Sardinie et Corsice, comitique Barch. ac sancte Rom. Eccl. vexillario amirato et capitaneo generali. Guillelmus, miseracione divina, Majoricensis episcopus, salutem in humani generis Redemptorem: Magnificencie Vestre presentibus cupimus fieri manifestum nos a religioso viro guardiano fratrum minorum conventus Tunicii et a Bernardo de Ffontibus, milite inibi existente, litterarum serie recepisse; quarum quidem effectum Lauren cius de Berga, lator presencium, Dominacioni Vestre curabit exprimere oraculo vive vocis, cui Laurencio Vestra Celsitudo, si sibi placet, credere dignetur super hiis que eidem Celsitudini seriosius et secrecius reserabit. Dignante regia providencia vestra in huiusmodi ordinare ea que sibi visum fuerit expedire, cum hec redundare videantur ad laudem et gloriam domini Jhesu Christi et exaltacionem fidei ortodoxe et ad vestri nominis titulum et honorem. Mandet nobis Vestra sublimis Dominacio omnia sibi grata. Datum Maioricis .vii.º kalendas aprilis anno Domini M.º ccc.º xiii.º

(A. G. C. A. CRD, de Jaime II, caja 25, n. 4701).

Creemos que la demanda del Guardián de los Franciscanos de Túnez iba encaminada a que el Maestro Ramón Llull se dirigiera, en plan de apostolado, hacia aquella ciudad. El Obispo de Mallorca, Guillermo de Vilanova, era buen amigo de Ramón Llull y, éste, se embarcaba desde Mallorca para Túnez en mayo de 1313, haciendo larga estancia en Mesina.

P. ANDRÉS DE PALMA DE MALLORCA, O. F. M. CAP.
Barcelona